

ricularum liberationem & plenam Synagoga Judaica e pulvere ca-
 lamitatum restitutionem nec non ad Fidem in Christum vocatio-
 nem intelligunt. abusi, Es. XXVI. 19. Ezech. XXXVII. 12. Rom. XI
 15. Hi quasi ex Orco revocant Porphyrij delirium. cujus hoc
 fertur interpretamentum: Tunc hi, qui quasi in terra pulvere
 dormiebant & operti erant malorum pondere & quasi sepulcris mi-
 seriarum reconditi ad insperatam victoriam de terra pulvere resur-
 rexerunt, & de humo elevaverunt caput. Nisi quod Brighthman-
 nus illud supergressus dilutam hanc subdit *Ἐγὼ φησὶν*: Illi,
 quorum corda Deus vera fide imbuerit, evigilabunt adepti dignita-
 tem filiorum Dei, quibus impertietur aeterna vita, non solum, quia
 fruuntur eadem in caelis, sed etiam, quia perpetua felicitas erit in
 terris, quae pura sinceramque fluet ad migrationem usque in caelos. At re-
 liqui, qui liberationis participes facti in impia cordis caecitate persi-
 stent, surgent quidem, sed ad exitium aeternum, cum nulla post hoc
 tempus promissio extet miserendi eorum & vocandi ad fidem, qua
 sola apprehendenda salus.

seq. ad Apo-
 cal. c. 20.
 v. 11. p. 666.
 apud Hie-
 ron. T. 4.
 p. 526.

§ 8. Brighthmannum laudant Remonstrantes, ut possint
 eo facilius *Ἰεσὺ* suam *ἡγὼ φησὶν* ac errorem in crustare a
 PP. Leidensibus notatum & explosum, nec non in Manichaeis,
 teste D. Augustino, Socinianis & Sadduceis pridem damnatum.
 quasi expressa & clara promissio Vitae Aeternae, veteri federi anne-
 xa, non fuerit facta PP. VT. sed typice TANTUM, eminus, obscure,
 quasi per transfennam sub generali gratiae & favoris divini promisso
 ac sub figuris temporalium bonorum. uti clarè loquitur Confessio
 Remonstrantium, quorum tibias hic quoque inflat Grotius his
 conceptis verbis: Moses in Religionis Judaicae institutione, si
 diserta Legis pacta respicimus, nihil promisit super hujus vitae bona,
 terram uberem, penum copiosam, victoriam de hostibus longam &
 valentem senectam, posteros cum bona spe superstites. nam si quid
 est ultra, id umbris obtegatur, aut sapienti ac difficili ratiocinatione
 colligendum est. quae causa est, cur multi, qui legem Mosis sequi
 se profiterentur, ut Sadducei, spem omnem de bonis post hanc vitam
 adipiscendis projicerent. id quod e Matth. XXII. 23. Act. XXIII. 8
 & locis Josephi ac Hieronymi, Drusio pridem notatis confir-
 mat. Sed perperam. cum eadem salvandi ratio, eadem beati-

Respons. ad
 specimè ca-
 lumniar. &
 heter. opin.
 p. 78. seqq.
 Censura in
 Conf. Rem.
 p. 113. Spec.
 C. & H. O.
 p. 23 A. 1. 4.
 utr. Faustrū
 c. 1. l. 19. c. 3.
 S. de divin.
 Christ. c. 7.
 §. 3. G. de
 Ver. Relig.
 Chr. l. 2. p.
 39 annot. ad
 eūd. l. p. 139
 D. de Trib.
 Sect. Jud.
 l. 2. c. 12.

A 3 tas,